Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

xpm crucifixum. iudeis quidem
scandalum. Sed nos credimus
per crucifixum saluari de cui
nomine iudei erubescunt. eiusq;
nomine nos munire cupimus. Atq; ideo
crucem facimus in fronte. ubi
sedes est uerecundie. Vsq; ad
istud officium baculis sustenta
bamur. modo ut oportet ser
uos ante dnm stare humiliter.
stamus deponentes baculos e ma
nibus. quod potest nos separare
ab opere iudeorum. qui dabant
harundinem in manum xpi.
Sed non abhorret a uero. sma
humilitas per baculorum po
sitionem demonstretur in con
spectu dni. Tunc cerei qui por
tantur ante euuangelium.
Legem & prophetas designant.
precessisse euuangelicam doc
trinam. Turibulum uero opi
nionem iustitiae. proceden
tem a xpo. Ipsum turibulum
in tribunal ascendit ante eu
uangelium. ut ibi suauem odo
rem ministret. Xpi enim bona
opera precesserunt euuangeli
cam doctrinam. ut legitur in
actibus apostolorum. quae cep
it facere & docere. Primus fecit
et postea docuit. Ex cellentior
locus in quo euuangelium legit.
eminentissimam doctrinam eu
uangelicae predicationis atq; ma
nifestissimam iudicandi auctor
itatem designat. Status cereo
monstrat inferiorem esse legem
& prophetas euuangelio. Euuan
gelio reposito post lectionem in
loco suo. cerei extinguuntur.
quia finita predicatione euuan
gelii lex & prophetae cessabunt.

Requies domini in se
tam diaconi pulcro.
stantis; sub diaconi inclu
nati usq; dum audiant. Sed libe
ra nos a malo. Ipsa est septima
petitio de oratione dominica.
Septima petitione dominicae ora
tionis significatur finis totius
tristitiae ac perturbationis apo
stolorum. quam habebant de
dni morte. Sequens oratio quae
inchoatur. Libera nos quesumus
dne ab omnibus malis. symbolu
est dominicae orationis. ut per illam per
uenatur ad finem consuetae con
clusionis p. d. Quod illo tempore
hoc est quando xpe in sepulchro
quieuit apostolis agerent non
legitur aperte. sed et iohannis